



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Robertvs Tvrnervs Vito Zetzio S. P. D. Romam. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

fit omnia, vt ne bona quidem velit bene, nisi tu iubeas. est ne eandem? ibit. manendum? manebit. docendum? docebit ad tuam normam. quid multa? quisquis erit, tuus erit. promisit ille mihi, promitto ego tibi, non dico haec, vt amicum ponam in bona gratia apud te (alter enim mihi perinde amicus est) sed vt ostendam Principi meam mentem, qui illius clientela velim commendare aut summos, aut nullos. nam si ex reliqua Bauaria seponas, qui hanc functionem aut possit melius, aut velit obire fidelius, ex iis non sum, quos Princeps putat sinceros. vide, quam non fallo, qui hac conditione commendo. nam cum plane iam statuerim & viuere & mori in Bauaria, id tantum proximè & secundum Deum ago & agam, vt siue me offeram, siue alios commendem, Principi probetur meam sinceritatem. non pergo commendando, mitto tantum adolescentem, vt in eo & me ames, & honestes Principem. Vale. Ingolstadij.

ROBERTVS TURNERVS
VITO ZETZIO S. P. D.

ROMAM.

XVIII.

DEDI SHARBEO ad te literas, sed malè fortasse grauidas, quæ nihil à te responsi eliciant, ne id
qui-

quidem, te amare, me amari. quid hoc rei est? me contemni à VITO? non purassem. tamen si ita sit, etiam mone me contemni, & amantem, & elicientem literas, & promittentem operam, & offerentem studia. ô stultum TURNERVUM, qui sic amat; ô ingratum VITVM, qui sic amatur. sed nolo esse querulus. quãquam si sum querulus, vides amorem, qui siue queratur, siue taceat, ita ardet, vt malit queri, quã tace-re. soleat tamen aliquando tacere, ne videatur queri. sed silentio volo te posthac excitare ad scribendum, cum literis nõ possim inuitare: ac ne in literis fortasse fit tadium, erit breuitatũ quoddam quasi silentium. Vale, ama, rescribe. Ingolstadtij.

ROBERTVS TURNERVS

IOANNI BERVITIO S. P. D.

AVGVSTAM.

XIX.

Cæci sunt (mi BERVITI) & duces caecorum, qui ex Aristotelis aut Platonis umbraculis non ita pridem prodeuntes in mundi quendã quasi solem & pulverem, omni orationis vehementia, tanquam contento arcu, conantur hominibus imprimere, nihil esse tetrius curiositatis labe. narrant isti quidem probabilia, quia pulchrè; sed narrant malè, quia perniciofa. nam curiositas in multis labe nõ est, virtus est.

y z

vin.